



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

3 Vtrum moueat seipsam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

peritus sensitivus moueat voluntatem. Vno modo directe & immediaete, tanguam si immutans ipsam sive quod ad exercitium actus, sive quod ad specificationem actus. Et hoc est falsum.

<sup>pe. 40. 10. 12.</sup> Alio modo occasionat, & mediate, & hoc modo immutat ex parte obiecti. i. quod ad specificationem actus, non quod ad exercitium: & hoc fit sic. Quemadmodum enim frigescit corpori conueniens sit causa refractionis eius, & ex hoc occasionatur in tali hore apprehensio calefactio, ut conuenienter, & plenaria voluntati desiderat, &c. ita irato appetitu conuenienter fit vindicta, & ex hoc occasionatur, qd intellectus practicus apprehendit repercutiptionem, ut conuenienter, huic, nunc, &c. Et sic per cursum apprehensa, ut conueniens nunc &c. mouet voluntatem obiectum. Et sic pater, qd dispositio appetitus, qd sit tenet ex parte subiecti, non mouet in voluntate, nisi ex parte obiecti, qui non mouet ipsam, nisi pro parte reduta in talen apprehensione obiecti voluntatis. Cest enim voluntate ab obiecto apprehensio, ut sic, moueri. Vnde auchor in litera duplice posuit radicem, vel talis apprehensionis obiecti, alteram ex parte ipsius obiecti, puta, qd est bonum, vel malum, finit, alteram ex parte appetitus: vnde in partem conuenientia, vel disconuenientia oriuntur, ut in litera dicitur.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd nihil prohibet id, quod est simpliciter, & secundum se praestans, quo ad aliquid esse debilitus. Voluntas igitur simpliciter praestans est, quam appetitus sensitivus: sed quod ad istum, in quo passio denominatur, in quantum subiaceat passione, praeminet appetitus sensitivus.

AD SECUNDUM dicendum, qd actus, & electiones hominum sunt circa singularia. Vnde ex hoc ipso, quod appetitus sensitivus est virtus particularis, habet magnam virtutem ad hoc, quod per ipsum sic disponatur homo, ut ei aliquid videatur sic, vel aliter, circa singularia.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut Philosophus dicit in 1. \* Polit. Ratio, in qua est voluntas, mouet suo imperio irascibilem, & concupisibilem, non

A quidem despoticō principatu, sicut mouetur servus a Domino, sed principatu regali seu politico, sicut liberi homines reguntur a gubernante, quita- men possunt contra mouere. Vnde & irascibilis, & concupisibilis possunt in contrarium mouere ad voluntatem; & sic nihil prohibet: voluntatem aliquando ab eis moueri.

## ARTICULUS III.

<sup>Super Questionis na- na. Articulum ter-</sup>  
vrum voluntas moueat seipsum.

AD TERTIUM sic proceditur. Vr. qd voluntas non moueat ab eo, quod mouet, vt sit motio reciproca: sed voluntas mouet appetitum sensitivum, inquantum appetitus sensitivus obedit rationi: ergo ap. appetitus sensitivus non mouet voluntatem.

SED CONTRA est, qd dicitur Iacobus 3. Vnusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus, & illecebus: non aut abstrahere quis a concupiscentia, nisi voluntas eius mouere turab appetitu sensitivo, in quo appetitu concupiscentia: ergo appetitus sensitivus mouet voluntatem.

RESPON. Dicendum, qd sicut \* sup. dictum est, id quod apprehendit sub ratione boni, & conuenientis, mouet voluntatem per modum obiecti. Quod autem aliquid videatur bonum, & conueniens, ex duobus contingit, scilicet ex conditione eius, quod proponitur, & eius cui proponitur: conueniens enim ratione relationem dicitur, unde ex utroq; extremonum dependet. Et inde est, qd iustus diversimode dispositus, non eodem modo accipit aliquid, ut conueniens & ut non conueniens. Vnde, ut et Philosophus dicit in 3. \* Ethicorum. Qualis vniusquisque, est, talis finis vnde ei. Manifestum est autem, qd ratione passionem appetitus sensitivus immutatur homo ad aliquam dispositionem; vnde ratione quod homo est in passione aliqua, vnde sibi aliquid conueniens, quod non vnde ei extra passionem existenti, sicut irato vnde bonum, quod non videatur quieto, & per hunc modum ex parte obiecti, appetitus sensitivus mouet voluntatem.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd nihil prohibet id, quod est simpliciter, & secundum se praestans, quo ad aliquid esse debilitus. Voluntas igitur simpliciter praestans est, quam appetitus sensitivus: sed quod ad istum, in quo passio denominatur, in quantum subiaceat passione, praeminet appetitus sensitivus.

AD SECUNDUM dicendum, qd actus, & electiones hominum sunt circa singularia. Vnde ex hoc ipso, quod appetitus sensitivus est virtus particularis, habet magnam virtutem ad hoc, quod per ipsum sic disponatur homo, ut ei aliquid videatur sic, vel aliter, circa singularia.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut Philosophus dicit in 1. \* Polit. Ratio, in qua est voluntas, mouet suo imperio irascibilem, & concupisibilem, non

I N titulo articuli tertii eiusdem qd veri, querit aduerte, qd aliud est & ad 1. Et qd voluntas seipsum inquantum huiusmodi, est in actu, mal. qd. 3. ar. 3. cor. & qd. 4. cor. & ad 1. Et aliud qd voluntas seipsum in actu, 4. & 10.

volumas moueat seipsum. Stat enim pars affirmativa istud qd. qd. 3. cū negativa illius. Stat enim qd voluntas moueat seipsum quod ad aliquem suum actu.

¶ 2. Præt. Mobile mouetur ad presentiam mouentis; sed voluntas semper sibi est præsens: si ergo seipsum mouere, semper mouetur: quod patet est falsum.

¶ 3. Præt. Voluntas mouetur ab intellectu, ut \* dictum est. Si igitur voluntas mouet seipsum, sequitur, qd idem simili mouetur a duabus motoribus immediate, quod videtur inconveniens: non ergo voluntas mouet seipsum.

SED CONTRA est, quia voluntas domina est sui actus, & in ipsa est velle, & non velle: quod non esset, si non haberet in potestate mouere seipsum ad voluntum: ergo ipsa mouet seipsum.

RESPON. Dicendum, qd sicut \* sup. dictum est, Ad voluntatem pertinet mouere alias potentias ex ratione finis, qui est voluntatis obiectum: sed, sicut \* dictum est, hoc modo se habet finis in appetibili, sicut principium in intelligibili. Manifestum est autem, quod intellectus per hoc, quod cognoscit principium, reducit seipsum de potentia in actum, quantum ad cognitionem conclusionum: & hoc modo mouet seipsum. Et similiter voluntas per hoc, quod vult finem, mouet seipsum ad volendum ea, quae sunt ad finem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod voluntas non secundum idem mouet, & mouetur: vnde nec secundum idem est in actu, & in potentia: sed inquantum actu vult finem, reducit se de potentia in actu, respectu eorum, quae sunt ad finem, ut scilicet actu ea vult.

AD SECUNDUM dicendum, quod potentia voluntatis semper actu est sibi præsens: sed actus voluntatis, quo vult finem aliquando, non semper est in ipsa voluntate, per hunc autem modum mouet seipsum: vnde non sequitur, quod semper seipsum moueat.

AD TERTIUM dicendum, quod non eodem modo voluntas mouetur ab intellectu, & a seipso. Sed ab intellectu quidem mouetur secundum rationem obiecti, a seipso vero, quantum ad exercitium actus, secundum rationem finis.

Prima Secunda. S. Thom. D. Super

\* ar. 1. huius questionis.  
+ q. preced.  
art. 2.